



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XCI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

## CAPVT XC.

*S. Nicolai de Arenis monasterium, in Sicilia.*

**F**uit hoc monasterium olim extra, nunc intra urbem Catanensem situm: à quo nomen olim habuit Congregatio S. Nicolai de Arenis circa annū Christi 1300. Sed desit ea anno 1506. quando dictum Catanense monasterium, cum alijs quinque, Congregationi Cassinensi accessit.

1300.

## CAPVT XCI.

*Etalense monasterium, vulgè Etal in d. Frisingensi.*

**I**Mp. Ludouicuſ quartus (ut habet historia monasterij, sed Ioannes Auentinus in Annalibus suis, lib. 7, non meminit historiæ ſequentis, forte non ſatis fide dignæ, ) cùm propter nimias impensas, quas in Italia fece-  
rat, ita ut ei iam necessarij ſumptuſ pro reditu in Germaniam deficerent, admodum ſollici-  
tuſ eſſet, veniente quadam die ad ſe monacho,  
& ſpem facienti, illum ex hiſ malis emerſu-  
rum; ea conditione, ſi poſtquam in Germani-  
am rediſſet, monasterium in loco ſuæ di-  
tonis, Ampherang dicto, in honorem Dei &  
beatissimæ virginis Mariæ exſtruueret; fidem

Z 3.

dedit,

dedit, se illud sedulò exsecuturum, & cœnobium in prædicto loco conditum. Quam obrem illico à quodam Regulo Italæ, quem vñacum ditione sua libertatis iure donauit, magnam pecuniæ vim accepit; ita ut oppignorata omnia redimere posset: In Germaniam itaque reuersus, in Partenkirchen à quodam venatore, Henrico Vend noinine, exceptus est, ex quo de loco illo Ampherang quæsuit. Cumque ille in vicinia iam esse diceret, eoque Imperatorem deduceret iussit Imperator illic ligneam domunculam provenatore ædificari, siliuamque olim latronum receptaculum extirpari, & ita monasterium, quod promiserat erigo, in honorem B. Mariæ Virginis, posuitque primum lapidem simul quoque offerens effigiem B. Virginis ex alabastro factam, quam illi monachus in Italia dederat, quæ usque hodie adhuc ibi ostenditur in die Vitalis Martyris, anno 1330. Instituitque Abbatiam S. Benedicti pro 20. monachis, quorum 14. sacerdotes esse deberent. Primus Abbas ex monasterio Reichenbach h̄ic positus, nomine Fridericus Heinrichcenter. Ita Hundius.



AN.

ANDECHENSE Monasterium, vulgo  
Auff dem Heiligen Berg Andech, in  
Bauaria.

**L**vdouicus, Boiarie Princeps, pater Lu-  
douici Imperatoris, *Andechs* ædem, quæ  
cum arce ante quinquaginta annos diruta  
erat, refecit. Vide Comites Andecenses, &  
tractatum singularem de fundatione & sacris  
reliquijs Andecensibus impressum: item Vi-  
tum Arnpeck in Chronicis Bauariæ. Anno  
1388. sacra, quæ ibi diutius sub terra latuere,  
(hinc mons *Andechs* sacer appellatus) à Iaco-  
bo Dachauer Franciscano reperta, iussu Prin-  
cipū Monachiū translata sunt, ibidemq; ostē-  
fa populo: postea ad montē sanctum *Andechs*  
relata sunt per Ernestum Ducem, qui ibi col-  
legium pro septem mystis instituit. Albertus  
Dux Bauariæ, Comes Vochburgenfis, filius  
Ernesti, auctoritate Summi Pontificis amotis  
Præposito & Canonicis secularibus, ibi  
substituit monachos Benedi-  
ctinos. Ita Hun-  
dius,

1388.

